



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos
Cardinales &c. Libri VI**

Baronius, Justus

Mogvntiae, 1605

Epistola II. Cinthivs Aldobrandinus S. R. E. Cardinalis Ivsto Baronio
Veteracastrensi S. Ornatissime Domine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

gratissimam fuisse & esse testamur.
 Ne dubites fili, ¹ Dominus sollicitus est
 tui, nec ^m iustum seruum suum derelin-
 quet. Ipsum oramus, vt te sua cœlesti
 gratia semper tueatur, & nos tibi A-
 postolicam nostram benedictionē
 amanter impartimur. Datum Ro-
 mæ apud Sanctum Petrum sub an-
 nulo Piscatoris, die XXIII. Ianuar.
 M. DCIII. Pontificatus nostri An-
 no vndecimo.

1 Psal. 39. 18.
 in Psal. 36.
 25.

Silvius Antonianus Card.

EPISTOLA II.

CINTHIUS ALDOBRANDI-
 nus S. R. E. Cardina-
 lis

IUSTO BARONIO VETERA-
 castrensi S.

Ornatissime Domine.

GRATVLOR te ad tuos rediisse incolu-
 mem, quod ex tuis litteris gratum fu-
 it cognoscere. Lætum etiam illud, quod te
 aded

adeò humaniter exceptum narras primum ab *Episcopo Herbipolensi*, deinde ab ipso *Archiepiscopo & Electore Moguntino*, quibus profecto me hoc nomine plurimum debere profiteor. Quanquam id quod tu commendationi meæ tribuis, ego potius eorum humanitati, tuisque meritis imputandum censeo. Tibi quidem prodesse volui, & per eos nonnihil potuisse gaudeo. Utinam & à me ipso maiora, tibi que ac tuis vtiliora quandoque præstari possent, certarem utique cum iis omnibus, quibus dignitas tua maximè curæ, nec in ea ornanda à quocquam superarer. Accipies vnà cum his *Apostolicum Breue*, quale scilicet, & tu optas, & pietas tua meretur. Vale & nos mutuo amare pergito. Romæ die XXV. Ianuar. M. DCIII.

EPISTOLA III.

OCTAVIUS PARAVICINVS S.

R. E. Cardinalis

IUSTO BARONIO VETERA-
castrensi S.

Magnifice & Clarissime Vir.

PERLEGI cum voluptate litteras, quas XII. Decemb. ad me dedisti, quibus itineris tui ordinem, & acta denique reditum,
&